

Iterum tamen obicitur: interpretationem nostram praetermittere evolutionem doctrinae S. Thomae circa processionem secundam. Cf. Bull. thom., X<sup>2</sup>, p. 534, §1217.

Respondetur: Evolutio importat tum terminum a quo tum terminum ad quem

Iterum tamen et ab auctore benevolentissimo obicitur: nostram interpretationem praetermittere evolutionem S. Thomae circa processionem secundam. Bull. thom., X<sup>2</sup>, p. 534, § 1217.

Respondetur: ubi ad evolutionem confugitur, ibi admitti debet S. Thomam aliquando docuisse processionem secundam esse amoris ex verbo. In evolutione enim non solum invenitur terminus ad quem sed etiam terminus a quo; et processio amoris ex verbo expresse dicitur in octo locis supra citatis, quibus accedunt alia septem indicata. Quibus concessis, sequitur interpretationem oppositam non esse admittendam